



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 46. De quæstione, cuius damno res in depositum data pereat, & de modo quo depositum finitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

apud duos, &c. Depositum. Quod idem est iudicandum, si res apud aliquem deposita, ipso mortuo peruerterit ad hæredes ipsius communiter, ut cum diuidi non potuit; non item si transierit ex parte ad unum quemque: ut quando deposita est summa pecunia, & unus heredum accipit unam partem, & alius aliam, vniuersaliter; solum tenetur ex parte quam accepit. Ita habetur ex lege Si duo, &c. Depositum.

Obligationes, & actiones que oriuntur ex deposito.

SECTIO III.

561.

Ad hanc, quatuor sunt obligationes quas habet depositarius ex contractu depositi. Prima est, rem apud se depositam custodiendi ea fide, & cura qua soler res suas, ex Cap. Bona fides, De deposito, & ex lege Quod Nerua, ff. Depositum. Huius plenior cognitio habebitur ex sequenti capite in priori sectione. Secunda est, rem depositam restituendi ab illo mora quandocumque dominus illam repetet, ex eod. Cap. Bona fides, & ex leg. i. §. Est autem, ff. Depositum. Sunt tamen aliquot causas in sequenti cap. scđ. posteriori proponendi, in quibus talis obligatio cessat. Tertia est, ex eadem lege prima, §. Si res deposita, rem depositam reddendi in eo statu in quo illam accepit, hoc est, non corruptam, nec fractam, nec diminutam, nec detritam, nec deniq; aliquo modo factam deteriorem: atq; adeo refaciendi quidquid detrimenti eadem res passa est ipsius dolo, aut culpa latente lata. Quarta, non vitre deposita absque consensu expresso, vel tacito depositori, si que viatur, reus furti in iure dicitur, lege Si sacculum, ff. Depositum, & lege Qui furtum, ff. De conditione furtiva, & §. Furtum autem sit, Instituti De obligationibus que ex delicto nascentur. Non procedit tamen hæc obligatio, iuxta ante habita in nu. 558, quando quia bona fide crederet domino futurum gratum talem vnum, aut quando idem vnum in eiusdem domini commodum cederet.

562.

ACTIONES autem quae ratione depositi dantur, sunt duas, qua competit deponenti, & ipsius hæredibus aduersus depositarium, & ipsius hæredes, cum depositarius ipse male versatus est in deposito, aut hæredes ipsius facti sunt locupletiores ex eo; tunc enim datur actio aduersus hos ad restitutionem rei integræ; immo & aduersus hæredem, qui nesciens rem penes restitutorem depositarum fuisse, alienauit eam, nec potest redimere, quia ad estimationem rei deposita condemnabitur per legem primam, §. finali, ff. Depositum. Altera actio, legem Ei quem, ff. Depositum, ex aduerso competit depositario, & ipsius hæredibus aduersus depositorem, & ipsius hæredes, qua repeatat impensas necessarias, & viles, si quas fecit in te deposito; idemque damna, si quae passus est ex deposito, vt si quis sciens deponeret seruum qui fur esset, vel equum calcitratum.

CAPUT XLVI.

De questione, cuius damno res in depositum data pereat, & de modo quo depositum finitur.

SUMMARIUM.

563. Depositum perit ponenti, nisi depositarius sit in dolo, aut latente culpa.
 564. Qui nonnumquam tenetur de levi, acetiam de leuisima culpa.
 565. Casus in quibus id contingit.
 566. De difficultate, An depositarius mercede conductus teneatur tantummodo de culpa leui.
 567. Qui specialiter pro deposito custodia mercedem accipit, de levi quidem culpae tenetur, non tamen de leuisima.
 568. Idem iudicium est de eo qui non pro custodia specialiter, sed pro sua opera mercedem accipit.
 569. Modus quo depositum finitur.
 570. Casus aliquot in quibus depositarius non tenetur depositum reddere depositori petenti.
 571. Vbi & cuius expensis restituendum sit depositum.

572. Explicatio dubij, An lucrum partum ex deposito, restitendum sit depositori.

573. Quedam breviter notata de deposito.

Explicatio questionis, cuius damno res data in depositum pereat aut deterioretur.

SECTIO PRIOR.

Si absque dolo, aut lata culpa depositarij, res deposita pereat, aut deterioretur; eam deponenti perire, aut deteriorari, habetur ex lege. Cod. Depositum; vbi expresse dicitur depositarium teneri solum de dolo, aut lata culpa. Quod etiam bona ratione confirmatur in lege i. §. Is quoque, ff. De actionibus & obligationibus quia depositum ex se, & ordinari fit in gratiam, & commodum solius deponentis; qui si negligenter rei sua custodem elegerit, debet, vt etiam habetur Infractus, tit. Quibus modis re contrahatur obligatio, §. Preterea, si uerba facilitati imputare. Quanquam si magna sit negligentia, merito ea dolo equiparatur. Nec obstat quod in lege Si ut certo, §. 2, ff. Commodati, dicitur in deposito tantum præstari dolum; & in lege Contractus, ff. De regulis iuris, depositum dictere cipere tantum dolum. Sic enim intelligendum est, vt doli nomine comprehendatur lata culpa, iuxta textum in lege Quod Nerua, ff. Depositum, ac illud, quod in iure lata culpa dolo comparetur, lege aduersus, ff. Hæc actio, ff. Si mensu falso sum modum dixerit. Atque hæc quidem vera sunt spectata vi & natura huius contractus qui in depositario exiguntur fidem & curam gratuitam in custodiendo rem depositam.

Sed ex alio capite censer potest teneri, tum de culpa leui, tum etiam de culpa leuisima: immo, & de casu fortuito, vt bene explicat Gabr. in 4. distinct. 15. quast. 10. art. 3. dub. ultimo, nempe si nominativi conuentum est, vt de aliquo talium, vel de omnib; teneatur; ex Cap. Bona fides, De deposito, & ex lege i. §. Sæpe euenerit, ff. Depositum, quoniam contractus legem accipiunt ex conuentione, vt dicitur in ead. lege, §. Si conuenit. Item si mora restituendi, aut dolus, vel lata culpa in restituendo, vel custodiendo depositum, præcessit vel culpam siue leuem, siue leuisimam, aut casum fortuitum, depositarius tenebitur de tali culpa, siue leui, siue leuisima, aut casu fortuito, etiam si apud deponentem res periiplet, prout habet glossa ad cit. Cap. Bona fides, verbo De culpa. Et ratio esse potest, quod radix obligationis tunc restituendi sit iniusta acceptio.

Ex his autem intelligitur damnum semper ad depositarium pertinere, quando per vnum rei deposita contra voluntatem deponentis, aut aliquo alia ratione ei non permisla, petiti res ipsa deposita, aut deteriora facta est. Natales vius est cum dolo, qui tanquam causa damni, obligationem inducit illud refaciendi, quæ sic excludit excusationem, vt pactum iniiri nequeat, quod depositarius de eo non teneat, ex leg. i. §. illud non probatis, ff. Depositum (vibratio redditus, quod id sit contra bonos mores) & ex lege Contractus, ff. De regulis iuris, & ex lege Si vnum, §. Illud ff. De pactis.

Adhac, si depositarius vltro se offerat ad custodiendum depositum, tenetur de culpa leuisima, non tamen de casu fortuito, quando deponens quererebat diligenter, quem depositarius exclusit offerendo se, illumq; delusus. Istud docent in verbo Depositum Angelus §. 3. & Syll. qu. 1. Tenebat etiam de eadem culpa depositarius, si depositum factum sit tantum gratia ipsius, vt norat Panorm. ad memoratum Cap. Bona fides, num. 3. Sin factum sit in virtutis commodum, tenetur depositarius de culpa leui, non de leuisima. Similiter si factum sit in commodum quidem solius deponentis, sed depositarius ex amicitia se obtulit, & propterea deponens omisit alteri diligentiori rem suam committere, prout ex communis sententia habet Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 18i.

SPECIALIS autem difficultas est. An similiter de culpa leui tantum censensus sit teneri depositarius, qui mercede præstat rei deposita custodiā, an etiam leuisima? Vbi aduerte, constare quidem, cum quis recipit depositum.

depositum gratis custodiendum, ita ut contraetus fieri in bonum solius deponentis; teneri solum, ut ante habitum est, de lata culpa, & dolo, quia tunc contractus non sit in bonum depositarij. Cum vero recipit mercede custodiendum, quia tunc contractus sit tam in ipsis, quam deponentis bonum, teneri de culpa etiam leui. Sed tamen posse dubitari, an teneatur quoq; de leuissima. Quod vt explicetur; notandum est; talem depositarium duplice esse posse; unum qui specialiter pro custodia mercedem accepit, qualis censetur qui nullam aliam operam prestat, nisi fidem suam, & curam in custodiendo rem depositam; alterum qui mercedem non accepit specialiter pro custodia, sed pro opera sua, industria, vel arte ad aliud quid praestandum; quod dum praeftat, interea custodiad habet, ex leg. Nauta, ff. Nauta, capones, & stabularij, ut v.g. lotor, aut fattor accipiens vestes purgandas, debet interea illas custodire; & balnearior gerens curam balnei debet interea custodire vestes eorum qui in illo lauantur. Item gerens curam molendini, debet curam gerere frumenti quod ei traditur molendinum. Item nauta, capones, stabularij, & alij similes, quorum officium annexam habet custodiad corum, quae ipsis traduntur; nisi quando in hospitio, aut in naui suscipiebant, prædixerint eis, ut suarum rerum curam gerent, consenserintque predictioni; ex lege ultima, in princ. ff. Nauta, capones, & stabularij.

Quoad priorum depositorem igitur, licet Angelus & Sylvestris verbo Custos, in principio alter sentiant, statuendum videtur ipsum ex leui sollemmodo culpateiri, nisi speciali, & expressa conuentione obligauerit se ad exactissimam diligentiam praestandam. Ratio est, quia custodia de se est contractus in virtusque utilitatem celebratus. In iure autem cum agitur de obligatione praestandi culpam leuissimam, ea significatur nauci ex contractu celebrato tantummodo in bonum recipientis, ut in Cap. viii. De commodato, & in lege prima, ff. De actionibus & obligationibus, §. Et ille. Itemq; ex lege Contractus, ff. De regulis iuris. Vnde leges quibus memorati autores nituntur, censenda sunt penales; qua proinde quatenus condemnant ad culpam leuissimam praestandam, non obligant in conscientia ante sententiam Iudicis. Aut certe intelligenda sunt de eo custode, qui mercede specialiter conductus, expressa conuentione obligavit ad exactissimam diligentiam praestandam, & per consequens ut de leuissima culpa teneretur.

Quoad posteriore autem depositorem, hoc est, eum qui mercedem non accipit specialiter pro custodia, sed pro alia opera, ut ante habitum est; dicendum est paritatione, ipsum teneri quidem de leui culpa; non tamen de leuissima. Nam & talis custodia, ex qua merces recipitur, si in bonum virtutis; non autem solius custodiendi. Ita notant Angelus, & Sylv. verbo Nauta, in princ. Quod si opponas, ex lege Eritia, §. Ex hoc edicto, iuncta glossa, ff. Nauta, capones, stabularij, haberi, eo ipso quod scientibus nautis, caponibus, stabulariis mercedem accipientibus, aut iis quibus ipsi in talibus ministeriis videntur, aliquid in suam naum, aut hospitium fuerit importatum; ipsos teneri de leuissima culpa, si illud pereat. Idem autores respondent illud habere locum tantummodo in foro externo: quoniam ea lex est penal, & fundata in præsumptione contra nautas, capones, & stabularios, ut colligi potest ex verbis in ead. lege prædicta: Nisi forte id, ut innotescet Prætor, curam agere reprimenda improbitatis hoc genus hominum. In conscientia ergo lex ea non inducit obligationem, nisi saepta condemnatione in iudicio. Ceterum si qui priuatus, aut amicitia, vel humanitas tantum causa, nullaq; mercede excipiat hospites, res multas secum inferentes in domum, tenebitur fulm de dolo, & lata culpa; non autem de leui; quia officium quod præstat, tantum est in bonum ipsorum hospitum.

Modus quo depositum finitur.

SECTIO POSTERIOR.

D epositum de se finitur voluntate deponentis, ita ut reddendum ei sit simul, ac illud perierit. Nam ex Cap.

Valerij Par. III. Tom. 2.

Bona fides, de deposito, & ex leg. i. §. penult. ff. Depositum licet depositori pro sua voluntate reuocare depositum. Quod procedit etiam si deposito adiectum sit pactum, ut post mortem depositarij, aut deponetis, aut post aliquod aliud certum tempus constitutum, reddatur depositum. Nam tunc quoq; depositor, si velit, mutare potest voluntatem, & repetere depositum, ante tempus constitutum, ex ead. leg. prima, §. Si deposito apud te. Veruntamen, ex glossa ad leg. Si quis v. pecunias, verba Exceptionem. C. D. deposito pro expensis factis in re deposita, potest depositarius eam retinere quoq; illæ soluantur; non tamen quoq; soluantur alia debita. Nam depositum in hoc habet speciale priuilegium, ut loco compensationis, seu pro debito in totum; aut loco deductionis, seu pro debito ex parte, licet retinetur non possit a depositario, excit. Cap. Bona fides, & ex citata lege. Si quis vel pecunias. Immo ut norat Ludouicus Molina de iust. & iur. tract. 2. dis. 526. vers. In deposito, ob idem priuilegium; neq; si duo sint vicissim depositarij, potest unus detinere alterius depositum quoq; sibi suum restituatur; sed ei qui prior reperit, statim restituendum est.

Sunt adhuc & alij casus in quibus depositarius non tenetur depositum reddere, ei qui depositum, ipsum repetenti. Primus est, quando si depositum redderetur, id fieret in aliquid iniuriam. Tunc enim illud reddere non tenetur depositarius; ut nec quando sequitur commune Reipub. damnum. Immo lege iustitia tenetur negare, ut cum quis, dum fuit arma deposita reperit; cui non esse redditum expressum est in Cap. Ne quis 22. q. 2. An autem cum quis pecunias, quam apud aliquem depositum, repolcit ad abusum, depositarius tenetur reddere, dubitatio est, cuius explicationem habes in preced. lib. ro. c. 13. sect. 2. dubio posteriori.

Secundus casus, qui cum duobus sequentibus habetur ex lege Bona fides, ff. Depositum, est quando bona deponentis confusa sunt postquam depositum. Etenim per confiscationem auctoritate legis ob delictum, priuatur quis suis bonis. Tertius, quando quis rem depositum apud proprium dominum ignoranter est rem suam. Nam postea cognoscens eam, non tenetur eam reddere deponenti. Quartus, quando fur depositum apud me rem furrium, & deinde ipse simul, & dominus verus eam repenit. Debet enim tunc idem dominus præponi furi. Quod si fur prius repetat, in eadem lege dicitur ei reddendum esse depositum. Quod verum est in casu, in quo fur repetit domino non comparente. Nam si dominus compareat, & siue ipse ante, siue post furem repeatat, ei in conscientia semper reddendum est depositum, cuius est verus dominus, non autem fur.

S I Q U A R A S, vbi sit reddendum depositum, & cuius expensis: respondet ex leg. Si in Asia, §. Depositum, ff. Depositum, ibi reddendum est, vbi sine dolo malo existit depositarius: nempe si Titius qui vestem à Seio depositam accepit in Asia, commigravit Romanum secum candide vestem deferens, tenetur solum eam restituere Romæ vbi ea est, siq; transmitti debet in Asiam, id fieri expensis depositoris: dummodo non sit dolo, aut lata culpa depositarii translata. Ratio est, quia depositum si in gratiam solius deponentis, & traditum est fidei & curæ depositarii; ad eum fidelem custodiad pertinet, ut ipse mutans domicilium, deferat secum rem depositam; vnde non debet damnum pati, cum gratis fidem suam, & custodiad adhibeat. Atque ita relinquitur, ut expensis deponentis debet restituiri fieri. Ad quid tenetur depositarius recusans restituere rem depositam, damnatus in foro externo; vide apud Molinam in cit. tract. 2. disput. 526. sub initium.

S i secundo queras, an lucrum quod depositarius fecit ex deposito, sit reddendum deponenti? Respondeatur, quod erit tale lucrum sit male partum, cum non licet depositario vti deposito, ut habendum est in preced. num. 561. si tamen fructus non sit rei deposite, sed industria, laboris, & opere propriæ eiusdem depositarii, ut cum hic ex illa negotiatur emendo, vel cambiando, ipse non tenetur reddere, sed potest tranquillam de suo partum sibi retinere. Sin au-

tem lucrum eiusmodi sit fructus rei depositæ, depositarius tenet illud restituere deponenti, cui illa tanquam domino fructificauit. Exemplum est, si quis equum apud se depositum locando aliquid acquirat.

Nota, quod si estimatione pecunia depositæ autoritate Principis, vel Reipub. creferat, vel decrecerat dum maner apud depositarium, eam esse reddendam secundum estimationem quam habet tempore solutionis; nam ut apud deponentem maner rei depositæ dominium, ita etiam ad eum pertinet illius, sive damnum, sive commodum. Secus autem erit si depositum ita fiat, ut degeneret in contractum, quo dominum transferatur ad modum antea num. 557. propostum. Tunc enim pecunia restituenda est secundum estimationem quam habebat tempore depositi accepti: nam eo ipso quod rei dominium trahuit in depositarium, ad ipsum pertinuit tam damnum quam commodum.

Nota etiam ex lege Si hominem, §. Quoties. ff. Depositi; quando nummulacij cedunt foro, eos qui apud ipsos depulerunt, praesertim interuenient publici instrumenti, priuilegium habere, ut præferrant ceteris creditoribus, qui tantum sunt chytrographarij. Immo quotiescunque depositum tale fuerit, quo res deposita non transit in dominium depositarij, depositor præfert vniuersitate huic creditoribus omnibus. Vide Molinam de iust. & iur. tract. 2. disp. 526. vers. Quod attinet ad ultimum.

C A P V T X L V I I .

De definitione & diuisione pignoris
seu hypothecæ.

S U M M A R I V M .

574 Inter pignus & hypothecam qua præter nominis, sit differencia.

575 Quæ res possit dari in pignus.

576 Quæ non possit, ut nec vendi.

577 Res accepta in pignus, potest tertio eadem ratione dari in pignus, qua accepta est.

578 Quo modo possit eadem resp pluribus hypothecari.

579 Quatenus possit res pupilli in pignus dari.

580 Observanda de modo quo debet hypotheca intelligi & accipi.

581 Varie diuisiones pignoris seu hypothecæ.

582 Hypotheca tacita pro dote, & pro administratione honorum pupilli, vel minoris, aut bonorum Ecclesie.

583 Aliæ plures eiusdem generis.

584 De hypotheca tacita nascente ex habitationum, aut prædiorum locatiove.

585 Rei empta ex pecunia mutuo data non hypothecatur tacite illi, qui eam dedit.

Definitio Pignoribus.

S E C T I O P R I O R .

574 **I**NTER pignus, & hypothecam nominis tantum solum differre dicitur in lege Res hypothecæ dari, §. Inter pignus, ff. De pignoribus & hypothecis. Attamen, ex §. Item Seruiana, Institut. de actionibus. & ex leg. Si rem alienam. §. Proprie. ff. de pignoratitia actione, interdum ii iure sic distinguuntur, ut pignus dicatur proprie cum transit ad creditorem, id est, cum creditores traditur, retinenda apud se ad securitatem debiti; unde à pugno vocatum esse, habetur in leg. Plebs. ff. De rerum & verbor. significacione, §. Pignus, quia res quæ pignori dantur, manutraduntur; unde & pignus rei mobilis proprie constituitur, ut ibidem additur. Hypotheca vero dicatur proprie, cum res non transit ad creditorem, nec possessio illius est ipsi tradita; sed tantum supposita, subiectæ obligationi. Id autem quod indifferenter significatur, vt roq; illo nomine definiri potest, iuxta textum in citato §. Item Seruiana, quod sit res de qua inter debitorem & creditorem conuen-

nit ut obligetur pro debito. Quæ definitio est quidem tantum pignoris sumptu quatenus res est; sed inde facit intelligitur, quomodo quatenus contractus est, debeat ex objecto suo finiri, nimirum, quod sit conuentio inter debitorem, & creditorem de re, ut ad securitatem, pro debito obligata sit, ex eaq; satishat, si non fuerit aliunde satisfactum. Vnde intelligitur creditorem in pignus se hypothecam acquirere ius realis; ita ut ad quemcumque talis res deuenierit, ea transeat cum reali onere, ut satiat ex illa; nisi sit aliunde satisfactum. Quod Molina notans in memorato tract. 2. disp. 526. vers. Iuxthac. aliquo legibus citatis; addit talen contractum perfici solo conuenientius expresso, etiam per internuntium, aut literas; sive res quæ subiectiuntur pignori vel hypothecæ, prelentes adhuc, sive non; perinde ac vsuuerit in contractu emptionis & venditionis.

Porro eiudem res potest esse vel mobilis, ut vasareum, vel argenteum, gemma, vestis, &c. vel immobilis, ut prædiuum, vel se mouens, ut pecora: item res incorporeas, ut vsufructus, ex lege Si is. §. Vsufructus. ff. De pignoribus. Item seruitutes via, itineris, aquaductus in prædiis multis, ex lege Sed an via. co. tit. non autem in prædiis urbani, ex citata leg. Si is. §. fin. ne scilicet varietate ventium, ædificia urbium deformantur. Item actiones, & cautions, ex quibus utilitas percipi potest, ex leg. Cum conuenit eo. tit. Vbi aduerte obiter, quod Molina in cod. tract. disp. 524. in initio tractat; si quis pignori obligat, aut tradat scripturam, seu instrumentum tituli, quo res aliqua ad se pertinet, ipsu[m] censerit eamdem pignori subiecte, iuxta leg. 2. Cod. quæ res pignori obligati possunt. Item dati possunt res futurae, & quæ tantum habentur in spe, ut fructus arborum, & fructus pecorum, ex leg. Et quæ nondum, eo. tit. Dari deniq[ue] possunt alia, de quibus Molina d. sp. 529. a medio habentis acium etiam utilitatem, quæ vendi possit ad satisfaciendum debito, pro quo datur pignus. Vniuersim enim quæ vendi possunt, pignori quæ possunt subiecti, iuxta textum expressum in lege Sed & quod. ff. De pignorib.

D E B E N T autem esse bona propria quæ dantur pignoris, non autem aliena, ex leg. Si probaveris, & leg. Quæ pignoribus. Cod. Si aliena res pignori data sit, & leg. Qui filios. Cod. Quæ res pignori obligari possunt. Quod tamen in celige, nisi id fiat de voluntate dominii; aut ipso quidem ignorante, sed postea approbante factum, ex lego Alien. ff. De pignoratitia actione (de quo videri potest Molina in sp. 529. sub initium, & disp. 531. vers. In priori.) aut nulli pecunia pro qua datum est pignus, versat in ipsius utilitatem, ex lego 1. Cod. Si aliena res pignori data sit; aut nisi si quipso ignorantie dedit, fuerit procurator generalis omnium bonorum ipsius, ex gloss. ad eand. leg. in verbo Procurator. (qua de re videri potest Molina in citato disp. 531. sub initium) aut nulli sit publicus administrator ciuitatis, qui potest illum bona obligare, ex leg. Si is. ff. De pignorib. in princ.

Porro ea quorum non est commercium, sicut enim non possunt, ita nec in pignus recipi, ex l. §. Eam rem. ff. Quæ res pignori, vel hypothecæ data obligari non possunt inter quæ ponuntur homo liber, ex Cap. 2. De pignorib. ubi vide gloss ad verbum Lex, excipientem tres casus: quorum primus est, cum quis capitium redemit; eum enim potest seruare in pignus, donec premium solutum restitut. Secundus, cum pater est in extrema famis necessitate; nam tunc ut vendere, sicut in pignus dare potest filium. Tertius, cum pro pace, vel fide data seruanda datur in obsecram. Ponuntur etiam instrumenta & animalia aratoria, ex leg. Executores, & duabus sequentibus. Cod. Quæ res pignori obligari possunt. Ponuntur item res lacra, ut calces, vestes laiculares, &c. itemq[ue] loca religiosa: de quibus vide in verbo Pignus, Angelum §. 2. & Sylu. que sp. 3. & Molinam d. sp. 530. in princ. Virgente tamen necessitate ad alendos pauperes, vel captiuos redimendos, ut iudicem admonent, non modo in pignus dari possunt; sed etiam vendi: ut & pro debito Ecclesia soluendo, quando eæ sunt superflua, nec illud potest aliter solvi.

N O N N U L L A occurrit hoc loco notanda. Primum est, creditorem posse pignus a debito acceptum obliga-